



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

LXXX. Megingervs. LIV. Arch. IX. Elector.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

rit. Verùm inde turbatâ Republica, sponte sua quosvis reliquit honores, æquissimo animo ferens præferri sibi æmulum an. 1127.

LXXX. MEGINGERVS. LIV. ARCH.

IX. ELECTOR.

**M**Egingerus à puero Treviris educatus, & sacris muniis assuetus, dum inter turbas publicas ab omnibus fuit Archipræsul exoptatus, solus ipse inter silentii & modestiæ limites se continuit. In Electoratûs exordio Wilhelmum Lützelburgensem Comitem armis fatigavit hostem: inde ad sacra conversus, nova S. Mathiæ inventione se recreatum ostendit, præsertim cùm eandem indubitata miracula comitarentur. An. 1128. Romam profectus, à Pontifice consecrari, & pallio exornari, dum petiit, impetravit. Româ in Germaniam reversus, invenit Clericos & multam, ut fieri amat, populi partem perinensam sibi: dum itaque consilii & auxiliû ergo Italiam repetere statuit, à Conrado Imperatore, aut veluti vocari consuevit, Rege nondum electo, interceptus, & carceri Parmensi inclusus, non nisi morbos & mortem præstolari est iussus: unde & mors brevî in limine adfuit, quæ justorum multorum iram justissimam provocans, ejus loci Archipræsulem adeò commovit, ut more Martyrum Megingerum sepulchro immiserit an. 1130. Difficultas dein exorta est maxima in eligendo Successore, quòd ob seditiosi populi, & Clericorum plerorumque crebras mutationes Sede dignissimi oblatam dignitatem constantissimè subterfugerint, unde primùm año 1132.

LXXXI. ADALBERO. LV. ARCH.

X. ELECTOR.

**A**Dalbero ex Primicerio Metensis Ecclesiæ lectus Archipræsul, ab Innocentio III. Pont. in Rhemenfi Concilio ad Mitram est adactus, prius cum rebeli populo pugnavit, quam

P 2

Sedem